



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 46. Hæretici adventante Philippo Hispali mulctati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

**Sæcul. XVI.** pro accepto beneficio redditurus: certo  
A.C. 1559. enim sibi persuasum habebat, quod ex  
 singulari divini Numinis dispositione, ac  
 præsidio per opem humanas vires exce-  
 dentem mortis periculum eluctatus fue-  
 rit: igitur primo Hispalim contendit,  
 ubi hæresis jam latius serpere cœperat,  
 ac Doctores in Collegio sancti Isidori hac  
 peste infecti ceteros erroneis opinionibus  
 imbuebant.

## §. XLVI.

*Hæretici adventante Philippo Hispani  
 multati.*

*Thuan. l. c.  
 Belcar. tom.  
 l. 28. n. 39.* Itaque adventante Philippo Rege facræ  
 Inquisitionis Judicibus omnes de hæreli  
 suspectos comprehendendi, eorumque cau-  
 fam dijudicari, atque ad rogi supplicium  
 tredecim viros damnari præcepit: hos in-  
 ter præcipuus erat Joannes Pontius Legio-  
 nensis Roderici Pontii Bailenii Comitis  
 Filius tanquam contumax Lutheri Se-  
 ctator combustus periit, eodemque sup-  
 plicio affecti sunt Joannes Consalvus Con-  
 cionator, quatuorque fœminæ Isabella  
 Venia, Maria Viroesia, Cornelia & Bo-  
 horquia: cum vero Væniæ ædes ad  
 eorum conventicula patuissent, hinc ea-  
 dem, qua hæc mulier morti adjudicata  
 est, sententia illius quoque domus so-  
 lo æquata fuit: ceteri vero omnes hæ-  
 refeos rei postea eodem supplicio fuere  
 sublati,

sublati, quin pro iis quisquam depreca- **Sæcul. XVI.**  
ri auderet, imo ne ipsi quidem Constan- **A.C. 1559.**  
tino Pontio parcebatur, quamvis eum  
mitius haberet, privatæ quædam ratio-  
nes suadere viderentur (\*).

### §. XLVII.

(\*) Hanc quidem rationem manifestat Thuanus, afferens: *Constantinus qui a sacris Confessionibus diu Cæsari, eique in solitudine sua post Imperii, ac Regnorum abdicationem, ac postremo animam agenti semper praesto fuerat, ad idem mox tribunal raptus in tetro carcere paulo ante expiraverat.* Quod autem Thuanus erret, a liusque Constantinus Pontius Carolo adstiterit, Burchardus Struvius in corpore Hist. Germanicæ tom. 2. Period. 10. Sect. 4. n. 80. dum Rasslerum confutat, his verbis ostendit: *Male hæc habent Maximilianum Rasslerum, qui in Vindic. Diplom. Ludov. n. XIL. injuriam hoc ipso Carolo fieri putat ingentem, qui etiam Scriptores hoc afferentes variorum redarguit errorum, icet autem in hæc ipsi facile adsentiar, nullum fuisse Carolo a sacris Cacallam, falsum tamen est, quod Rasslerus adserit, Pontium superstite Imperatore Hispali in vincula fuisse coniectum: neque enim Constantinus, Canonicus Hispalensis, prout ex Patre Sandoval in historia vitae Caroli V. in Monasterio pag. 314. patet, dum ait: Cum Dominum de Guzman Monachum Hispali in carcerem duxissent, Cæsar effatus, hunc comprehen-*

*Hist. Eccles. Tom. XLII. V. di,*